

MARTIN GRABMANN, *Hagiographische Texte in einer Hs. Des kirchenist. Seminars der Univ. München*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 19, (1949), pp. 379-382.

Url: <https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp>

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale [HeyJoe](#) - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the [HeyJoe](#) portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.



Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito [HeyJoe](#), compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza [Creative Commons](#) [Attribuzione-Non commerciale-Non opere derivate 4.0 Internazionale](#). Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell'opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

Copyright notice

All materials on the [HeyJoe](#) website, including the present PDF file, are made available under a [Creative Commons](#) [Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License](#). You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.



HAGIOGRAPHISCHE TEXTE IN EINER HS.
DES KIRCHENHIST.
SEMINARS DER UNIV. MUENCHEN

VON
MARTIN GRABMANN

Das kirchenhistorische Seminar der Universität München besitzt eine Papierhandschrift des 15. Jahrhunderts mit Texten über den hl. Thomas Aquin, den hl. Vinzenz Ferrer und den hl. Raymund von Penafort. Auf der ersten Seite des Textes steht unten: Philipps MS. 16870 und Inventar-Nummer 1286 des Kirchenhist. Seminars der Universität München. Aus der Sammlung des Baronet Sir Thomas Philipps in Cheltenham kam die Hs in den Besitz eines Münchener Antiquariates, von dem sie Josef Anton Endres erwarb und dem kirchenhistorischen Seminar überliess. Der ursprüngliche Besitzer der Hs ist auf fol. 77 vermerkt: *Iste liber est conventus Wiennensis ordinis fratrum predicatorum in Austria*. In dem von Th. Gottlieb edierten Katalog vom Jahre 1513 dieser Klosterbibliothek ist der Codex also beschrieben¹: F. 14. *Legenda sanctorum Thome de Aquino, Vincencii ordinis predicatorum et fratris Raymundi eiusdem ordinis, incipit: Johannes episcopus servus servorum. finit. Kal. Iulii pontificatus nostri anno primo*. Ich habe die Hs im Jahre 1947 einsehen können, gebe im Folgenden eine kurze Inhaltsangabe derselben und ediere einen auf Thomas von Aquin sich beziehenden Text.

1. f. 1^r-6^r: Kanonisationsbulle des hl. Thomas von Aquin vom 18. Juli 1323: *Incipit bulla domini Johannis pape vicesimi secundi de canonizatione sancti Thome de Aquino Doctoris egregii de ordine fratrum predicatorum. — Explicit bulla de canonisatione sancti Thome de Aquino*².
2. f. 6^r-55^r: Wilhelm von Tocco, vita des hl. Thomas von Aquin. — *Incipit prologus sive processus in vitam ipsius eiusdem doctoris. Deus qui dixit*

¹ Mittelalterliche Bibliothekskataloge Oesterreichs, I. Band: Niederösterreich, bearbeitet von Th. Gottlieb, Wien 1915, 332.

² A. Walz O. P., *Bulla Canonizationis S. Thomae Aquinatis a Joanne XXII P. M. emanata notisque illustrata*, Xenia Thomistica III, Romae 1925, 173-188.

de tenebris lumen splendescere modernis temporibus. – Auf f. 44^v wird die Vita unterbrochen durch das folgende Stück. – F. 55^r: Explicit libellus de vita et obitu et miraculis beati Thome de Aquino doctoris excellentissimi de ordine fratrum predicatorum.

3. f. 44^v: Littera revocationis de condemnatione articulorum qui videbantur tangere doctrinam sancti Thome (14 Febr. 1325)³.
4. f. 55^r: Schreiben der Pariser Artistenfakultät vom 2. Mai 1274 an das Generalkapitel des Dominikanerordens von Lyon; der Schlussspassus, in welchem Bücher aus dem Nachlass des Heiligen erbeten werden, fehlt⁴.
5. f. 56^r-57^v: Hoc quod sequitur transsumptum est de opere sermonum fratris Laurentii dicti Ortulus ordinis predicatorum lectoris de Hungaria penitentiarii Rome de civitate Senensi oriundi.

Quidam frater, Jacobus nomine, de ordine Wilhelmitarum, etate decrepitus, vita preclarus, in civitate Romana in conventu ordinis predicti vite habitum querens nimium se contemplationi dedit, in tantum ut diem ac noctem in vigiliis ac occupationibus sanctis, orationibus et abstinentiis deduceret, nisi forte propter aliquam confortationem aliquantulum in primo sompno dormitaret. Hic ea nocte, qua sanctus Thomas de Aquino ordinis predicatorum migravit ad Dominum, cum post matutinum aliis fratribus quiescentibus ipse in ecclesia anima et corpore pervigil contemplationi insisteret, audivit dulcissimam symphoniam in supernis qualem auris humana non dinoscitur audivisse. Qui admiratus apud se dixit: Quid est, quod audio! Numquid in vicino nuptiae sunt celebrande, propter quas huiusmodi symphonie tibiae (fol. 56^v) lire phiale ac cimbula propulsata modulantur? Et quia eventum rei percipere non valebat, de ecclesia ad ambitum claustrum abiit et sonum quem audierat, melius audire cepit respiciensque sursum versus celi palatium, ubi sonum audiebat, vidit oculis corporeis versus occidentem nubeculam prefulgidam, cuius fulgur radiabat a media regione aeris usque globum lunarem et eiusdem splendoris etiam versus terram quasi lux meridiana stabat super monasterium sancti Petri Apostoli. In medio predictae nubeculae vidit vestigium hominis sedentis in throno aureo, quem circumdabant undique lucerne prefulgide quasi septem stelle et imitantes pliades. In capite eius erat corona aurea ex

³ H. Denifle, Chartularium Universitatis Parisiensis, II, p. 280 n. 838. P. Man-donnet, La canonisation de Saint Thomas d'Aquin, Mélanges Thomistes, Le Saul-choir 1923, 1-48. M. Grabmann, Die Kanonisation des hl. Thomas von Aquin in ihrer Bedeutung für die Verbreitung und Verteidigung seiner Lehre im 14. Jahrhun-dert, Divus Thomas 1923, 233-249. A. Walz, Historia canonizationis Sancti Thomae de Aquino, Xenia Thomistica III, 105-172.

⁴ Denifle, Chartularium Universitatis Parisiensis, I, p. 504-505 n. 447. A. Bir-kenmajer, Vermischte Untersuchungen zur Geschichte der mittelalterlichen Phi-losophie, Münster 1922, 1-32. Der Brief der Pariser Artistenfakultät über den Tod des hl. Thomas von Aquino.

duodecim lapidibus quasi ex stellis et signis in firmamento existentibus habebatque solem ad dextram, lunam ad sinistram, habitum quoque Dominici super se, foris nigra cappa se tegens et sub cappa candida veste coopertus. Portabatur autem per manus duorum angelorum ad suprema celi gaudia. In ipsa nubecula splendida novem combinationes columbarum albarum ipsum precedebant et ale ipsarum erant deaurate et cantabant canticum novum secundum omne genus musarum omni armonia consonantem. In ipsis siquidem modulis sonorum audivit vocem dicentem: Frater Thomas de Aquino de ordine predicatorum portatur ad athereum thalamum per manus angelorum. Et sic per modum fulguris coruscantis celi aperti sunt cum eis Dei tabernaculum. Predictus vero frater Jacobus, qui hanc visionem sic expresse viderat, eodem die venit ad conventum fratrum predicatorum, scilicet ad sanctam Sabinam, et quesivit a priore et a fratribus in unum convenientibus, si haberent aliquem fratrem decumbentem vel recenter mortuum in eadem civitate vel in eodem regno in alio conventu. Qui dixerunt se nescisse. Ipse vero frater Jacobus hanc visionem et visionis (fol. 57^r) tempus et horam retulit per ordinem, qualiter viderat et audierat. Quod postmodum, quando audierunt sancti Thome transitum, repertum est eadem scilicet nocte tempore mortis eius apparuisse huiusmodi visionem Jacobi fratris supradicti.

Quod ego frater Laurentius dictus Hortulus, cum essem Rome vicepenitentiarius, audivi a fratribus antiquioribus in conventu fratrum Wilhemitarum referri. Cuius miraculi sacramentum, si velimus clarius explanare, invenimus solem Christum a dextris, lunam virginem a sinistris, septem stellas seu lucernas circumstantes septem beatitudines, duodecim lapides in corona duodecim apostolos, novem combinationes columbarum novem ordines angelorum ipsum associantium ad suprema gaudia.

Nam domus de aquino est de domo sancti Gregorii Pape, scilicet de Francipanis de Roma, qui modo vocantur comites de Loreto et de Belcastro, quia domnus Bernhardus, comes de Loreto, habet quoddam instrumentum, ubi est testis Boetius, et in dicto instrumento vocantur de Francipanis etc. Hec rescripta sunt in quadam cronica, que habetur Venetiis, quam compilavit frater nostri ordinis, cuius anima requiescat in pace etc.

Legitur, quod dum dominus papa misisset legatos suos solempnes qui deberent videre et examinare vitam beati Thome et miracula et unus ipsorum antecedens lapsus fuit de via in profundissimam viam, ita quod alii hoc videntes ipsum omnino vitam amisisse credebant. In casu tamen invocabat beatum Thomam dicens: O sancte Thoma, si ita sunt ea, que de sanctitate tua dicta et scripta sunt summo pontifici et ego cum collegis meis videre debueram, adjuva me in ista necessitate. Et statim apparuit sanctus Thomas in habitu fratrum et ipsum sanum et incolumem ad viam longe ante alios usque perduxit. Quem cum socii viderent admirantes (fol. 57^v) ei dixerunt: Credebamus te mortuum; quis te huc perduxit? Qui respondens ait: Sanctus Thomas, et rem gestam ipsis enarravit. Adhuc multa et infinita miracula est ope-